

et Rusberg; Liebenstein cum pagis Ottmarsheim et Kaltenwestheim; Koengen cum vico Wendlingen; Marschalkenzimmern cum viculis Bürgoesch, Ramstein, Busch et Winterhof; Neidlingen cum vico Ochsenwangen; Stamheim cum viculo Zazenhausen; Stetten cum vicis Lobenroth et Schanbach; Winnenthal cum viculis Ober- et Unterhoefen et Hanweiler; Welzheim; Zaberfeld, Michelbach, Ochsenburg et Leonbronn; Geisingen et Muhlhausen ad flumen Entium. De quibus alio loco dicetur diligentius.

(a) Vid. Wirt. Lands-Grundverfassung S. 406.

(b) Ib. in indice, voce Incorporationen.

§. 56.

III. in partem supra- et inframontanam.

Tertio dividitur Ducatus in partem inframontanam et supramontanam, das Land ob- und unter der Steige; (§. 22.) cujus antiquae divisionis effectus hodieque se exerunt primo in visitationibus scholarum a duobus paedagogarchis, a membro scilicet Facultatis Philosophicae Tubingensis in parte supramontana, et a Rectore Gymnasii Stuttgardiani in altera parte inframontana per singulos annos peragendis. Deinde in examinibus Medicorum, Pharmacopolarum, obstetricum, et in visitationibus pharmacopoliorum in parte supramontana a Facultate Tubingensi Medica, in parte vero inframontana a Collegio Archiattrorum instituendis.

Postre-